



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

De Viduarum pudicitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

## VIDUITATIS.

sundere. Non enim minus in somno  
atque cibo & potu debet esse tempera-  
ta; quod si fecerit, & ita perseverauerit,  
breui tempore in omni virtutum gene-  
re perfecta erit; & Deus sol iustitiae ac  
sapientiae sui diuinis splendoris lumi-  
ne illustrabit, & quam suauissime inflam-  
mabit cor talis viduæ, eamq; frequen-  
ter non tantum visitabit, ac celesti  
quodam gaudio replebit, sed etiam per  
gratiæ suam inhabitabit.

## De Viduarum pudicitia.

Cum reperiantur alij quando quædam  
viduæ, quæ defunctis maritis suis, se-  
quuntur lasciuiam, & aberrant à via ca-  
stitatis, abstinentes à nuptijs legitimis,  
non quidam amore castatis, sed ut eō  
sint liberiores, non erit abs re ( cum  
impudicitia ut notum est omnibus, sic  
per se fœdissima, nephāda, infamis, i-  
gnominiosa, immo omni personæ mo-  
lestæ & exosa ) modestè & cum leui-  
tate, ab huiusmodi errore reuocare:  
Quantumuis igitur clarum ac mani-  
festum sit, principalem viduæ  
pudi-

74                   SPECULVM  
pudicitiae cauillam esse mortem; Nihil  
ominus tamen illa occasione, & suc-  
cessu temporis sit tādem pudicitia vo-  
luntaria: hinc est quo recte & meritō  
possit laudari & reputari, quod Virgi-  
nitati sit proxima, & secundis nuptijs  
multo excellentior; Cum, ( Secundum  
Apostoli sententiam ) Propter quadam  
vidua officia, vidualis sta. us proximo accu-  
dat ad virginitatem, propterea enim di-  
cit, Et mulier innupta Et Virgo cogitat que  
Domini sunt, ut sit sancta Et corpore Et  
spiritu Quamuis enim per primas nu-  
ptias laureolam virginitatis amiserit,  
dotantur tamen rorona pudicitiae; que  
quātum virginali laureolæ cedit, tan-  
tum etiam matrimonium præcedit, &  
tot gradibus maritatis est superior, quo  
virginibus est inferior: Hinc in Leuiti-  
co legitur, Si filia sacerdotis culibet ex po-  
pulo nuptia fuerit, de his qua Sanctificata  
sunt, & de primis, non vescetur, si au-  
tem vidua vel repudiata, & ab qz liberis  
reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut  
puella consueuerat aletur cibis patris sui.  
Apud Ethnicos quoq; in reb' ad religi-  
onē spectantibus, non minor viduari  
quām virginum erat respectus & devo-  
tio; Nam sicut Romæ cura perpetui  
ignis conseruandi in honorem Vesta,

VII

Timoth. 5.

Leuit. 22.

Virginibus tantum, sic Athenis, (vbi idem perpetuus ignis ad honorem Pithix cōseruabatur) viduis (olim similiis custodia comissa erat, ad insinuandum, quod ipsi nō minoris aestimarent viduitatem, atque Romani ipsam virginitatem. Hinc est quod S. Paulus, quamvis non prohibeat viduas deuotam transire ad secundas nuptias, affirmat tamen feliciores illas, si ita permanescerent. Et inter alias causas operas, ad Timotheum scribens indicat: & propter quas illi, Viduas honorare præcipit; vnaest ista, quod primo marito, suam fidem intemeratam seruauerint. Nam in continentibus relucet studium castitatis, sed in maritatis appetit, vel q̄ etas vel pudor vel ipsa facetas matrimonij imposuerit finem; & sicut secundæ nuptiæ non carent magnificationibus, & sua propria infelicitate; sic primæ etiā nuptiæ dignæ sunt venia, & honestatis plenæ, nō tamē ob id improbatur matrimonium, quia postponitur convenienter. Quis enim non fecit quod melius & laudabilius faciat vidua, quæ solum cor suum eleuat in Deum, & res diuinæ; quam illa quæ cogitat quæ mundi sint, & quomodo placeat viro,

d

Sicut

1.Cor. 7.

sicut dicit Apostolus. Et sicut dicimus  
 illam non peccare, quæ se legitimè ma-  
 triuonio iungit, ita etiam assueramus  
 illam multò feliciorem, quæ secundas  
 recusat nuptias, ut eò liberius ac stric-  
 us possit se Deo coniungere & viuere.  
 Et quaeruis S. Paulus dixerit. Volo  
*iuniores nubere, filios procreare, matres*  
*milias esse, &c.* non tamen discordat ab  
 eo, quod iam dictum est superius, per-  
 missiuè, hæc est, ad evitandam incon-  
 tinentiam: nam propterea immedio-  
 subiunxit, nullam occasionem dare adul-  
 sario maledicti gratia. Iam enim quedam  
 conuersa sunt retrò Sathanam; hoc est, in-  
 siderunt in incontinentiam. Tollat  
 ergo suspicio incontinentie, & non  
 sit causa cur dicat: Volo ergo iuniores nu-  
 bere: affirmando per hoc feliciores tu-  
 men fore, si ita permanserint. Clarum  
 igitur est, secundum mentem & doctri-  
 nam Apostoli; non simpliciter, & omni-  
 nino esse bonum ut viduæ ad secundas  
 transeant nuptias, si possint se conti-  
 re, sed illis tantum licere personam  
 se ne cadant; quia propter humanam  
 fragilitatem, non habent spem ca-  
 viendi; Unde alibi dicit: *Quod si nubere,*  
*continent se nubant. Melius est enim nu-*  
*bere, quam viri,*

4.Cor. 7.